

nunc vero, castigatis per eum moribus et purgatis superiorum
temporum vitiis, fateor michi ^(a) non iniocundum ^(b) hic vivere, dicam
verius etiam iocundissimum agere sub hoc summo pontifice ^(c), de
quo licet probis viris, tametsi ipse michi id nomen non arrego ^(d),
5 bona sperare, pravos vero mala ^(e) metuere necesse est. quod si
unitatem Ecclesia ^(f) Dei haberet aut pacem, quarum alteram ^(g) qui-
dem ambitio exterorum non admittit, alteram vero regionis, ut ita
dixerim ^(h), fatum ⁽ⁱ⁾ nobis denegat, nunquam profecto fuerant probis
viris aut futura erant magis felicia tempora. hic enim, cum se
10 omnibus supra humanum modum benignum exhibeat, in eos tamen
qui virtute ^(k), doctrina et bonis artibus precellere ^(l) videntur ^(m), totus
effunditur, omnique illos benivolentia et gratia complectitur. quod
quidem equissimo iure facere eum constat. se enim non patrie
splendor, non nobilitas generis, non opes parentum aut proprie,
15 sed virtus sola et clarum probitatis nomen ad apicem summi pon-
tificatus evexit. cumque in eum gradum adductus sit ut cuncta
infra se posita videat, nec sperare iam maius ⁽ⁿ⁾ quicquam humanis
in rebus possit, omne tamen huiuscemodi ^(o) infra meritum eius
est, nec accedere aliquid potest, quod tante hominis virtuti dignum
20 premium prestare queat ^(p). et quoniam quidem ingressus sum
illam attingere, pergam et de moribus eius ^(q) quotidianaque vita
dicere, ut quem ipse presentem demiror, alii quoque absentem ^(r)
intelligant, tu vero ^(s), etiam me testimonio, predices, quem totius
orbis testimonio ^(t) predicandum nosti. ex eo autem quod subi-
25 ciam, huius ingenium quale sit perspicere quam maxime licebit.
dumque duo sive boni viri sive benigni animi certissima ^(u) sunt ar-
gumenta, his sese inprimis asserit delectari: duo namque sibi tem-
pora acceptissima esse ait, alterum quo libellos subsignat in quibus
supplicantium preces continentur, alterum quo in publico consi-

vita gli riesce pia-
cevolissima e piena
di buone speranze.

E per verità, se
la Chiesa potesse
esser riunita e tro-
vare pace, non vi
sarebbe mai stato
un tempo tanto fe-
lice per gli uomini
da bene,

giacchè il papa,
sommamente buo-
no verso ognuno,
predilige i virtuosi
ed i dotti;

come ben si con-
viene a chi perven-
ne all'alto seggio,
non per splendore
di nascita, nè per
ricchezze, ma so-
lamente mercè la
propria virtù.

Vero è ch'egli
è giunto all'apice
delle umane cose,
ma niun premio
può esser degno di
tanta virtù quant'è
la sua.

Da quel che ora
gli racconterà della
vita quotidiana del
papa, Giovanni
stesso potrà for-
marsene un con-
cetto, e dir ad al-
tri le di lui lodi.

Innanzi tutto,
com'egli stesso di-
chiara, il solo suo
diletto sta nell'am-
ministrare giusti-
zia e nel concedere
grazie: segno dop-
pio e certissimo

(a) R temp. fateor vit. mhi (b) C non iocundum (c) R om. summo pontifice
(d) Go id mhi ipse non arrogem nomen (e) G in marg.: male (f) PG ecclesie
(g) Codd. quorum alteram (h) C dixerimus (i) PG factum (k) R om. virtute
(l) Go preclare (m) G viderentur (n) Go maius iam (o) R om. huiuscemodi
(p) In CR dopo queat l'epistola s'arresta. C mette puntini sotto prestare queat e poi
existimari valeat, che è la lezione di Go. Anche in P il resto dell'epistola dopo queat
fu aggiunto più tardi, come si vede dalla nota marginale: « Imperfecta epistola: resi-
« duum quere ibi 'et qm etc.' » (q) Go suis (r) G presentem (s) Go om. vero
(t) B orbis testimonium (u) Go certissima